Media Vniversalis Concordiæ Græcæ, et Romanæ Ecclesiæ.

Primò de Processione Spiritus Sancti, sicut credi=
derunt et docuerunt Sancti Patres Orientalis, (se ne fà men=
tione nella
sud.a Let.a)
et Occidentalis Ecclesiæ, scilicet Sancti Cyril=
lus, Basilius Magnus, Athanasius, Chrisos=
tomus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius
magnus, et ceteri, ita et Græci credant.

Vtraque autem Ecclesia iuxtà suum Instituta
Symbolum recitent, nec propterea Græcus Ro=
manum, Romanus Græcum dicat Hæreticum,
quod et Concilium Florentinum definivit.

2.o Omnes Ritus Græci debent credere Animas
Sanctorum esse in Cœlo, et Visione frui Bea=
tificâ, pro nobisque orare, et nostras videre
in Deo, aut sibi revelari orationes.

Itemque omnes in Ritu Græco credere tenentur dari
tertium Locum, ubicumque ille sit in quo
Animæ post mortem satis faciendi causa pro
venialibus peccatis detinentur, donec per
Orationes, et Ecclesiæ suffragia satisfiat
pro ijs.

Nemo Ritus Græci credere obligetur in illo loco
esse ignem, vel pœnam sensus.

3.o Ritus Græcus in integro conservabitur cum Cere=
monijs in Sacris celebrandis iuxtà Euchologion
vel Rituale Græcorum à R. P. Goar Ordinis